



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Franciscus Xav. Soc. Jesu. 2. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

habemus: etenim licet multum inter se distent, facilis tamen est transvectio per manus pauperum: eorum enim manus in caelestia promptuaria sibi data reponunt.

S. Chrys. in cap. 32. Gen.

S. FRANCISCUS XAV. SOC. JESU.
2. Decembris.

FRANCISCVM XAVERIVM damus, virum, cuius animo alter etiam orbis angustus fuit. Dum vixit, virgo vixit. Testimonium animo integerimo corpus dixit, longè post mortem etiam in vivâ calce integrum. Sui semper egregius victor non semel è morbidi ulcere ipsum pus haesit. Sed tam sitibundū Deus deinde tot deliciis per omnem vitam perfudit, ut ebrius sàpè exclamare, diducto à pectore vestimento, coactus sit: *Satis est, Domine, satis est.* Apostoli per novum orbem non tam nomen, quàm vitam tulit, ad id muneris ab ipso Numine dilectus. Siquidem multò antè in somnis terri coloris hominem, & qualem Indum effingimus, portare humeris sibi per quietem vi-sus est. Et quid aliud vigilans posteà egit, cùm ejusmodi hominum decies centena millia ad Ecclesiæ gremium suis humeris tulit, & tot non tam vultus, quàm animos fuscos sacrâ undâ solus lavit, & cæli candidatos esse jussit. Vaticinia insuper edidit innumera, precibus mare exarmavit, exercitus vicit, idem eodem tempore geminis in locis & longissimè dissipatis, periclitantibus adfuit, demortuos in vitam revocavit quinque super viginti. Omnibus omnia factus, in conviviis etiam atque iudicis animorum lucrum quæsivit, inventusque. Ad extremum dum amplissimum Sinarum regnum laborat ingredi, in ipso ejus portu

ad

Dec.
cili
nim
nt.

U.

jus
um
er-
in
tor
Sed
m-
re,
est,
on
ab
in
im
vi-
im
ad
on
us
u-
it,
nis
d-
u-
iis
n-
na-
rtu
ad

3 Dec. VITÆ SANCTORVM. 589
ad cælum animam appulit. Ex vitâ.

Quid nobis in extremo spiritu futurum est, cum debilitatis corporis animique viribus, graviore quam umquam tentatione vexabimur, nisi per otium prius spem totam in Deo reponere, atque ad eum tempestivè confugere didicerimus? Ex Epist. S. Franc. Xaverii ad socios Goanos.

S. LUCIUS REX M. 3. Decembris.

LGNOSCE iterum Anglia, quantum, heu! quantum mutata ab illâ es, cum præcones veræ fidei aliena regna Reges habuerunt tuos! Sed age in memoriam juxta mecum revoca avita decora. Lvcivs ille tuus (è stirpe regiâ germen) puer jam Catholicæ fidei, & verò hæc illi etiam arrisit. Nimirum quin hanc amplecteretur, unum illud momram injiciebat, quod nulli ferè tunc nisi sanguine suo purpurati eam ambirent. Ubi verò primùm transire ad Christianorum partes etiam palmas Romæ togas inaudiit, quam mox statuit etiam coronā suam Christo submittere. Igitur sanæ fidei Doctores Româ ab Eleutherio Pont. accivit: mox è discipulo ipse etiam Doctor, & calcato regni fastu è rege Apostolus Augustam Vindeliciam venit. Constitit hîc operæ suæ fructus, ad fidem præter alios nobilissimâ familiâ adductâ. Sed & merces sua Lvcio constitit, utpote qui verbera & lapidationem in lucro posuit, præcepſq; actus in puteum maximam scilicet inde voluptatem hausit. Nec verò hanc solùm Augustâ Coloniam, etiam alteram Reginoburgum adiit, neque prius quam Christum per omnem Vindeliciam Noricumque circumferret, morte beatâ Curiæ quieti. Gratias igitur Anglia tibi habemus exteræ

Bb 7 natio-